



M. B. J.

D. D. JOSEPHI EMMANUELIS
DE ROXAS ET ALMANSA
TRACTATUS
DE INCOMPATIBILITATE,
& Repugnantia possidendi plures Majoratus.
TOMUS PRIMUS.

D. D. JOSEPHI EMMANUELIS
DE ROXAS ET ALMANSA

J. C. GRANATENSIS,

OLIM IN REGIA CANCELLARIA
Granatensi Forensium Caufarum Patroni:

POSTMODUM VERO MOTU PROPRIO
Potentissimi Philippi V. in Pintiana Auditoris
munere decorati:

DEINDE SUPREMI, AC REGII INDIARUM
Confilii Fisci Præfecti:

AC DENIQUE A N. CATHOLICISSIMO
Ferdinando VI. Hispaniarum, & Indiarum Rege Su-
premi, Regiique Castellæ Senatus Confiliariorum
numero adscripti.

TRACTATUS UNICUS

*DE INCOMPATIBILITATE,
& Repugnantia possidendi plures Majoratus, deque Natura,
& Cognitione uniuscujusque speciei eorum.*

OPUS OMNIBUS IN FORO VERSANTIBUS APPRIME UTILE,
atque admodum necessarium, duplici Indice, Quæstionum scilicèt,
& Rerum notabilium locupletatum.

IN DUOS TOMOS DISTRIBUTUM:

QUORUM PRIMUS, PRIMAM DISPUTATIONEM
complectitur: Secundus, secundam, & tertiam.

TOMUS PRIMUS.

Cum Privilegio. Matrivi apud Antonium Marin. Anno MDCCLV.



PURISSIMÆ VIRGINUM REGINÆ,
 SANCTISSIMÆ DEI MATRI
 MARIÆ,
 DE QUÆ NATUS EST JESUS.



Votorum meorum tandem attigi me-
 tam, ò Dulcissima, ò Piissima Ma-
 ter, semperque Virgo MARIA:
 cum quale quale illud est munus-
 culum istud sublimibus aris tuis
 devoceo. Optaveram enim huic,
 quem *de Incompatibilitate Majoratum* absolvi
 tractatum, Patronum dare, qui vel sanguinis cla-
 ritate, vel dignitatum præstantiâ, vel opum, ho-
 norumque cumulo, & protectioni esset, & salutis.
 Sed frustra terrâ, marique exantlatis, quod deside-
 raveram, quod quæsieram, invenire poteram, nisi
 ad Te confugerem.

Sed cui maxime labores istiusmodi huncupati
 debuerant, quàm tibi, ò Gloriosissima Regina,
 quæ primogenita ante omnem creaturam ex ore
 Altissimi prodiisti, & in populo honorificato radi-
 cata, in hereditate Domini commoraris. Tu sola
 excelsior, Tu sola sublimior: Tu sola Majoratum
 gratiæ ab ipso Immaculatæ Conceptionis instanti
 in benedictionibus dulcedinis cumulatiùs possides
 præ omnibus creaturis. Tu sola excelsior præ Re-

Ovidius Met.
 morph. in U.
 lylle.
 De Parap. 2a.
 Iomon.

Judith cap. 11
 v. 19. & cap.
 11. v. 11.



In Cant. Cant.
 per tot.

4. Encid.
 10. 1.

171m. 88



IN TE REPOSITA EST SPES NOSTRA

M. R. D. F.



DISPUTATIO I.

QUÆSTIO I.

1 **S**UB hoc nomine Majoratus varia eorum species continentur. Num. 1.

Hermenegildus de Roxas Concivis Auctoris, tantum de Majoratibus incompatilibus tractavit. eod. & num. 2 16.

2 Apud Alvarez Pegas, penè impossibile est omnes Majoratus species ad numerum referre. num. 2.

3 Decem species Majoratus ab Auctore, tanquam species generales assignantur. num. 3.

§. I.

4 **P**rima Majoratus differentia est, quòd unus est regularis, irregularis alter, quorum definitiones exprimuntur. num. 4.

5 Proponitur, primum casum Majoratus regularis esse, quando Fundator constituit Majoratum ex talibus bonis; vel legavit, aut donavit talia bona Petro, v. g.
Disp. I.

ut ea possideat titulo Majoratus. num. 5.

6 Verbum Majoratus simpliciter sumptum, intelligitur de regulari, & Legibus minus odioso. num. 6.

Verba sunt intelligenda secundum consuetudinem regionis, in qua versamur. eod. & num. 89. 53.

7 Secundus casus Majoratus regularis est, quando constituto Majoratu in favorem Petri, v. g. Conditor vocavit filios, ac descendentes Petri cum pralatione majoris ad minorem, & masculi ad feminam. num. 7.

8 Ampliatur hic casus, si addatur clausula foundationis hæc dictio semper; quod aliquibus displicet, & probatur. num. 8.

9 Dicitio semper, omne tempus comprehendit, & omnem casum dicit. num. 9.

10 Feminas non esse exclusas propter dictionem semper appositam in clausulis foundationum; & tales